



05  
de

I

5.

✓ 32

Zur Bibliothek des Königs und Herzogs von Sachsen-Anhalt  
Mit dem Auftrag des Herrn.

9

DEI GRATIA  
AD LITURGIA SANCTI MARIAM  
MUTARE TUT DE ACADEMIA  

---

**CONTROVERSIAE**  
**PROCESSIONE**  
**SPIRITVS SANCTI**  

---

**SACRA PENTECOSTES**  
**RITE CELEBRANDA**  
**IN ACADEMIA IENENSI**  
**INSTITVTA NARRATIO TERTIA.**  

---

LITTERIS IO. FRID. RITTERI

DEI GRATIA  
GVILIELMVS HENRICVS,

DVX SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,  
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE, LANDGRAVIS THV-  
RINGIAE, MARCHIO MISNIAE, PRINCEPS COMES  
HENNEBERGIAE, COMES MARCAE ET RAVENSBER-  
GAE, SAYNAE ITEM ET WITTGENSTEINII,  
DYNASTA RAVENSTEINII.

RECTOR ACADEMIAE IENENSIS  
MAGNIFICENTISSIMVS  
SPIRITVS SANCTI GRATIAM  
PRECATVR  
C I V I B V S.

**I**n historia controuerſia de proceſſione ſpiritus ſan-  
cti peruenimus vsque ad ſeculum IX. atque enar-  
rare coepimus, quæ tempore iſto hac in cauſa  
peracta fuit: concilium quippe Aquisgranenſe v.  
anno DCCCIX. iſtitutum atque in iſto de proceſſio-  
ne ſpiritus sancti: num hæc vti a patre; ita etiam a  
filio fuit? diſputatum fuiffe: Carolum magnum con-  
trouerſia huius definiendæ cauſa legatos romam mi-  
ſiſſe ad Leonem III. vt ab eo peterent, velle, quod  
ſymbolo additum fuerit, filioque, publica auctoritate  
conſirmare: pontificem hunc minus probaffe illud ad-  
ditamentum. Quibus expositis, pro ordinis atque ad-  
curata narrationis indeole nunc commemoranda ſunt,  
quæ eodem tempore in diſceptatione hac contigerunt et  
ab utraque parte peracta pariter ac proposita ſunt. Prin-  
ceps eorum caput conſtituunt certamina, quæ inter  
PHOTIVM, \* patriarcham Constantinopolitanum, &  
Nico-

\* Ortum ſuum habuit ex gente  
nobilitatim ac primum maximis  
negotiis aulicis ac ciuitibus: de-  
inde anno christi DCCCLVII.  
ecclesiasticis admotus fuit. Quum  
ad ordinem laicorum pertineret,

Nicolaum I. præfulem romanum exorta sunt ac societatem inter utramque ecclesiam, græcam et romanam, dissoluerunt. Quemadmodum enim Photius maximum turbarum in cœtibus christianis materiam supereditauit; ita quoque effecit, ut contentio de processione spiritus sancti et longior et vehementior fieret, ac primus exstitit, qui latinos ea de causa aperte hæreses adscularet, quoniam docerent, spiritum sanctum etiam filio procedere. Fecit id in epistola cele-

A 2

bra-

tradictum ipsi est munus episcopi ac patriarchæ Constantinopolitani, quod romane ecclesiæ defensores ei quidem exprobant, ac si haud legitima ratione ad dignitatem hanc pervenerit; exemplis tamen Tarasii, Nicephori, Nechtarii, Georgii Cyprii et Georgii Scholarii, patriarcharum Constantinopolitanorum: item Cypriani Carthaginensis, Ambroſii Mediolanensis atque aliorum defenduntur. Sede patriarchali bis pulsus est, anno DCCCLXVII. a Basilio Macedone, et anno DCCCLXXXVI. a Leone sapienti, Basili filio, atque exſul obiit in monasterio Armeniacorum Bordi dicto circa annum DCCXXI. Varia ingenii monumenta reliquit: bibliothecam, egregium opus historie librorum criticae: epistolam: libros aduersus recentes Manicheos: sive Paulicianos: item nomocanonem, quo legum imperialium corporis Iulianae et canonum ecclesiasticorum harmoniam per titulos quatuordecim digestam exponit: Amphilochium: sive teſpōnſiones ad

quaſtiones et dubia ab Amphilo-  
chio, Cyzici metropolita, propo-  
ſita, atque alia. Post historicos  
Byzantinos commentati de eo  
ſunt ANDREAS SCHOTTVS  
prefat. ad eius bibliothecam: LV-  
DOVIC. MAIMBURGIVS in bi-  
ſtor. ſcriſnat. græcorum libr. I. LV-  
DOV. ELIAS DV PIN in biblio-  
thèque des auteurs ecclæſtigui. tom.  
VII. p. 80. ſqq. ROBERTVS  
CREYGHTONVS prolegomen. ad  
Sylueſtri Seguoyuli hiſtoriaſ synode  
Florentine: MARTINVS HAN-  
CKIVS de Byzantinar. verum ſcri-  
ptorib. part. I. cap. II. p. 269. GVIL-  
GAEVVS biſtor. litter. ſcriptor. ec-  
clæſt. p. 463. IO. ALE. FABRI-  
CIVS biblioth. græc. libr. V. cap. 33.  
volum. XI. p. 369. ſqq. Reſte de  
eo iudicat IACOB. BASNAGIVS:  
ſiuſ vir ſui ſeculi doctissimus: omni-  
um liberalium artium et diſciplina-  
rum ſtudio cognitioneque tantopre-  
claruit, ut cui ſui facile princeps  
babetur: immo et cum veteribus  
iam poſſet componi, in obſeruat. ad  
Canifi lection. antiqu. tom. II. part.  
2. p. 375.

bratissima, *encyclica*\* illa aduersus Nicolau[m] I. pontificem romanum et latinos, missa ad episcopos per orientem, atque inter varios errores, quibus romanae ecclesiam implicitam esse, pronuntiat, doctrinam quoque de processione spiritus sancti a filio retulit, id quod ut clarius pateat, ipsa illius verba, quamuis latine tantum ex versione FEDERICI METTI, \*\* recensere, non ab re erit: preter absurditates, inquit, quas supra recensimus, sacram etiam et sanctum symbolum, quod ab omnibus synodis et ecumenicis calculis infrafragibilem vim habet et auctoritatem, spuriis et falsis quibusdam disceptationibus et alienis rationibus et audacie quodam excessu adulterare, non dubitarunt. O mali demonis aries! spiritum sanctorum non ex patre solum; sed etiam ex filio procedere, nouiter docentes. Quis vnguan[t]alem vocem ab iis, qui alias impie sunt loquuti, prolatam audiuit? Quisnam obliquus serpens eorum cordibus hoc infilauit et iniecit? Quis omnino eorum, qui inter christianos agunt, ferre posset, in sancta trinitate duo introducta principia et caussas, filii quidem et spiritus sancti patrem caussam afferendo; spiritus vero sancti iterum filium esse caussam et item in duos deitatis fontes uitatem dei diuidendo? Hæcque est epistola, quam scriptis integris impugnarunt AENEAS Parisen[s]is, \*\*\* RATRAMVS, monachus Corbeiensis, \* et cuius commen-

\* Epistola Phorii ex codice Bodleiano descripta et cum RICHARDI MONTACVTII versione et notis ornatae in lucem prodierunt Londoni. anno MDCL. Inter illas encyclica est secunda.

\*\* Ex eadem versione epistola hanc latine exhibet CAESAR BARONIVS annalib[us] ad ann. cib[ri]f. DCCCLXIII. num. 33.

\*\*\* libro aduersus gracos, qui ex-

stat in LVCÆ DACHERII spicilegio tom. I. p. 113. edit. Parisi. ann. MDCCXXXI.

\* cuius libri quatuor contra graecorum opposita romanam ecclesiam insu[m]tantum iridem in DACHERII spicilegio, tom. I. p. 63. exstant. Quæ Phorius latinis obiecerat, singula repellere insiuit; ita tamen, ut non Phorii; sed graecorum imperatorum, Michaelis et

tatio intercidit, ODO Bellouacensis, \* postquam id Nicolaus I. desiderauerat atque anno DCC CLXVII. per litteras Galliarum episcopos hortatus fuerat, vt græcis, romanæ ecclesiæ aduersariis, se opponerent. Auctor rei huius est FLODOARDVS, \*\* presbyter et canonicus ecclesie Remensis, seculo decimo clarus, ac de papa illo, Nicolao I. haecce refert: sed et alteram epistolam eidem, Hincmaro quippe, et ceteris archiepiscopis et episcopis in regno Caroli constitutis transmisit: immo scens, prafatos græcorum imperatores; sed et orientales episcopos columniari Janitiam romanam ecclesiam: immo omnem ecclesiam, quæ latina vtiuit lingua, quia ieunamus in sabbatis: quod spiritum sanctum ex patre filioque procedere, dicimus, cetera.

Præter epistolam encyclicam PHOTIVS alios libros

A 3 com-

Basilii, suorum aduersariorum, mentionem faciat et principio dictorum librorum dicat: opposita, quibus Michael et Basilius græcorum imperatores romanam ecclesiam infanare, conantur, vel falsi: vel heretici: vel superstitionis: vel irreligiosa fore cognoscuntur. Ex his verbis colligit MICHAEL LEQVIE, memoratos imperatores decretum quoddam aduersus latinarum doctrinam de processione spiritus sancti a patre filioque: clericorum celibatum: iejunium sabbati atque alia discipline capita iuriis publici fecisse, cuius nulla memoria apud grecos superfit ac solus RATRAMVS in confutatione illius testis fit locuples, in dissertationibus Damascenicis, quas Damasceni operibus Parisi anno MDCCXII. editis premitit, ea rumque prima §. xix. p. 10. Quæ

si admittamus, dicendum est, quod RATRAMVS non tam Photio; quam memoratis imperatoribus obuiam iuerit.  
\* Refert hoc LVD. EL. DV PIN in bibliotheq. des auteurs ecclæstiq. tom. VII. p. 109. ac simul vtrumque librum AENEAE et RATRAMNI recenseret; alii tamen dubitant, ODONEM ipsum operas suas ad grecos, speciatimque Photium, confutandos adhibuisse, ac credibile esse, sibi persuadent, quod rogauerit RATRAMVM, ut negotium hoc expediendum in se susciperet, qua de re legendus est CASIMIRVS OVDINVS commentator. de scriptorib. ecclæsticis, tom. I. p. 136.

\*\* hispost. Remensis ecclesiæ libr. iii. cap. 17. in maxim. biblioth. patrum Lugdun. tom. XVII. p. 567.

composit aduersus latinorum sententiam de processione spiritus sancti, quos LEO ALLATIUS \* recenset ac simul aliis persuadere vult, istos non a Photio; sed ab alio latina ecclesiae hoste profectos atque ex eiusdem Photii epistola encyclica de promoto esse; ita tamen, ut de eo, cuius inscriptio est: περὶ τῆς τοῦ ἀγίου πνεύματος μυστηρίας, quemue tractatum sane luculentissimum de processione spiritus sancti adpellat, tantum dubiter, num iste Photio; an Metrophani, episcopo Smyrnensi, sit tribuendus. Sed quoniam libri isti nihil in se continent, quod a Photii ingenio sententiisque sit alienum, atque in suis argumentis adcurate cum epistolis atque aliis lucubrationibus illius conueniunt, non sine causa alii arbitrantur, Photium omnino eorum esse auctorem. Idem adfirmandum est speciatim de eiusdem dissertatione aduersus latinos de processione spiritus sancti: κατὰ τὸν τῆς παλαιᾶς βόμην, ὅτι ἐκ πατρὸς μόνον ἐκπορεύεται τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον, ἀλλ᾽ ἔχει ἐκ τῆς οὐρανοῦ \*\* de qua LEO ALLATIUS \*\*\* itidem quidem iudicat, istam non esse monumentum Photii; sed assumpta et vere βαττολογία πατρα recentiorum schismatistarum; cui raimen non minus et alii contradicunt ac per rationes non leuiores credunt, Photium dissertationem hanc scripsisse. Quae in ista traduntur contra processionem spiritus sancti filio, ad ea refutanda se contulit I.O.B.ECCVS, sive VECVS, ex magna ecclesiae chartophylace patriarcha Constantinopolitanus, ab anno MCCLXXIV. primum Photii adsecula: postea latinis addictus. Inter scripta, quibus doctrinas ecclesiae romanae sive tueri; sive cum græ-

CO-

\* de ecclesiæ occidentalis et orientalis perpetua confensione libr. II. cap. 6. p. 575.

\*\* Exstat haec commentatio in EUTHYMII ZIGABENI panoplia dogmatica orthodoxæ fidei, que gra-

ce Tergobysti in Walachia anno MDCCX. lucem vidit; in latinis autem versionibus omisla est.

\*\*\* in Flottingero fraudis et impostura manifesta coniuncto. p. 417. sq.

corum dogmatibus conciliare, adnifus est omni studio, locum quoque suum habet: περὶ τῆς ἐνώπιος οὐδὲ εἰρήνης τῶν τῆς παλαιᾶς καὶ νέας ἡώμενης ἐκκλησίων, de unione ecclesiarum veteris et novae Romæ liber, Photio oppositus.\*

Quoniam in causa Photiana variæ synodi Constantiopolis celebratae sint, in ea, quæ anno post natum Christum D E C C L X X I X , in æde sanctæ Sophiæ, præsentibus E C C L X X I I I . episcopis et in his præfulis romani Joannis VIII legatis, iussu imperatoris Basillii instituta est et ab omnibus fere græcis oecumenica oclausa adpellatur, graci iterum haud obscure declararunt, quam alieni essentia latinorum sententia, quod spiritus a patre et filio procedat. Actione enim v. i. die martii x. ipse imperator cum suis filiis augustis adfuit ac postquam patres concilii hortatus fuerat, vt fidei symbolum, idque Nicenæ ac reliquis sanctis et oecumenicis synodis consentaneum ederent, hi symbolum Nicenum, prout in synodo secunda oecumenica erat explicatum ac confirmatum, produxerunt ac decretum de antiqua fidei illa formula pura custodienda ac seruanda fecerunt, hunc in modum: hanc, ex maioribus ad nostra usque tempora descendenter, tam mente; quam lingua et amplectimur et omnibus alta voce ubique annuntiarus, nihil auferentes, nihil addentes, nihil mutantes, nihil adulterantes: ideoque si quis spuriis verbis, vel additionibus; aut subtractionibus, sanctæ illius et venerabilis definitioris antiquitatem adulterare, audux tentauerit, si sit in sacro ordine constitutus, omnimode depositioni subiiciatur; si autem laicus, anathemati submittatur. Quid per decreti huius verba: nihil addentes, nihil mutantes, nihil adulterantes, concilii huius patres intellexerint, haud aperte quidem indicarunt, ut suam modestiam erga romanum pontificem monstrarent;

\* Exhibet scriptum hoc cum in gracia orthodoxa tom. I. p. 62. versione latina LEO ALLATIVS.

rent; minus tamen difficile est, mentem eorum capere atque intelligere, verba ista spectare ad processio-  
nem spiritus sancti atque additamentum *filioque*. Re-  
iecerunt illud et cum isto simul ipsam latinorum doctri-  
nam, quam Photius eiusque adfclz neutiquam adpro-  
bandam esse, existimabant. Fallitur omnino LEO AL-  
LATIVS, \* quando solun additamentum; non autem  
latinorum sententiam ipsam de spiritu sancti processio-  
ne, in synodo ista damnatum fuisse, arbitratur. \*\*

Quemadmodum autem in hac synodo dissensiones,  
quæ adhuc inter utramque ecclesiam, græcam et lati-  
nam, fuerunt, sublate: cuncta, quæ cum Nicolaus I.  
et Hadrianus II. pontifices romani, item Ignatius, pa-  
triarcha Constantinopolitanus aduersus Photium eius-  
que adfelas; tum ipse Photius atque alii graci contra  
ecclesiam romanam huiusque præfules egerant, rescissa  
atque abrogata: vtriusque sedis, Constantinopolita-  
nae pariter ac romanæ, iura et priuilegia confirmata at-  
que

\* de oītaa synodo cap. XI.

\*\* Integra acta concilii huius  
grace et latine edidit ex Vaticano  
codice IO. HARDVINVS tom. VI.  
concil. p. 214. lqq. Excerpta eorum  
ex IOANNIS BECCI; siue E C-  
CI, patriarcha Constantinopoli-  
tani, λόγῳ de pace ecclie exhibe-  
ter GUILIELM. BEVERREGIVS  
synodici tom. II. p. 273. atque ex his  
et aliis, que te euoluisse, testa-  
tur, GUILIELM. CAEVVS bisho-  
via litteraria scriptorum ecclie sc̄ripti-  
cor. p. 488. lq. historiam synodi  
huius recenser. De ista finitire  
iudicant atque aliis persuadere vo-  
lunt, acta eius a Phorio corrupta  
atque interpolata esse, CAESAR  
BARONIVS annalib. ad ann. chris. 79.  
DCCCLXXIX. num. 6. lqq. LEO

ALLATIVS in libro de oītaa sy-  
nodo Photiana, edito Romæ anno  
MDCLXII. NATALIS ALEXAN-  
DER bisho. eccl. secul. IX. diffr.  
IV. §. 27. p. 269. ANTONIVS PAGI  
in critico. in annales Baronii tom. III.  
p. 726. FRANCISCVS PAGI in  
breuariio pontific. romanor. tom. II.  
p. 152. lq. atque alii ecclie roma-  
nas defensores, id quod haud mi-  
rum est. Que enim in hac syno-  
do peracta ac decreta sunt, auto-  
ritati dignitarique, quam episcopi  
romani sibi vindicant, parum fa-  
uent. Varia iudicia græcorum æ-  
que ac latinorum de ista collegit  
MARTINVS HANCKIVS de By-  
zantinarn rerum scriptoribus gra-  
cis, part. I. cap. 18. p. 379. lqq.

que animi Ioannis VIII. tum præfulis romani, ac Photii, restituta amicitia, inter se coniuncti sunt; \* ita iam nominatus Ioannes VIII. scripsit epistolam \*\* ad Photium de additamento symboli filioque. In ista dolet, impios quosdam inimicitia inter utramque ecclesiam semina sparisse, ac testatur, se sanctum symbolum, prout ab initio sit traditum, inuiolatum conseruasse: nihil addidisse; nec quidquam detraxisse: immo se eos, qui propria insania ducti, hoc primum facere, ausi sint, tamquam in verbum diuinum iniuriosos: theologæ christi, apostolorum ac reliquorum patrum euerores condemnare: παραβάτας τὸν Θεολόγιον λόγων κείμενον καὶ μεταποίησθε τῆς θεολογίας τῇ δεσπότῃ Χριστῷ τῷ ἀπόστολῳ καὶ τῷ λοιπῷ πατρὶ, sunt verba graca, atque adduntur: ei hac de causa rationi congruum nobis vixum est, ne violenter aliquis cogatur a nobis; additionem illam omittere, quam symbolo adiectionem nouerit; sed potius mansuetudine et prudenter parare illos, paullatim admonentes, ut a blasphemia recedant: αἴτοισνα τῆς θλασφημίας.

Epistola hæc in historia controuerſia de processione spiritus sancti maxime memorabilis est. Quum latinarum causæ aduersus græcos parum faueat, mirum non est, quod romana ecclesia addicti omnes operas ad auctoritatem illius infringendam adhibeant. Existimant isti atque alii persuadere volunt, Ioannem VIII. pontificem romanum litteras illas haud scripsisse; sed a Photio, qui omnes falsorum ac mendaciorum auctores sua libidine superauerit, eas esse confitas, quoniam

B

con-

\* vid. FRIDERICVM SPANHEMIVM histor. ecclesiast. secul. IX. tom. I. oper. p. 1390. GERH. IO. VOS SIVM disserat. III. de tribus symbolis. §. XXXVI. tom. VI. oper. p. 531. et GVL. CAVEVM histor. litterar. scriptorum ecclesiastic. p. 438.

\*\* Exstat epistola hæc in GVL.

LIELM. BEVEREGII synodic. sive pandectar. canonum apostolorum et conciliorum ab ecclesia græca receptorum, tom. II. p. 306. et legitur quoque apud illos, qui integra acta; aut excerpta ex illis synodi huius exhibent.

constet, quod omnes latini doctores sententiam de processione spiritus sancti ex patre filioque confirmarint, hocque Ioanni VIII. haud ignotum fuerit: quod ipse Ioannes hic communem latinorum doctrinam adprobavit; nec alienus existenter ab additamento: filioque: quod Photius in epistola sua ad archiepiscopum Aquileiem harum litterarum nullam fecerit mentionem: quod Ioannes VIII. auditus, quae legati eius in Photii gratiam Constantiopolis transegissent ac quomodo litterae eius corruptæ, cuncta reficerit, que tum essent gesla. Quas et alias rationes CAESAR BARONIUS,\* LEO ALLATIUS,\*\* NATALIS ALEXANDER\*\*\* MICHAEL LEQVIEN\* recentent; sicut tamen ut in omni Photiana historia; ita etiam in hac illius parte nimia partum fluvia suumque odium erga Photium produnt. Quidquid pro sua causa Photius: quidquid in fauorem illius; aut synodi ocausa Photianæ Constantinopolitanæ patres: quidquid ALEXIUS ARISTENVS, ZONARAS, BALSAMO, NILVS Rhodi metropolita, NILVS Thessalonicensis, MACARIUS Ancyranus et alii plures dicunt, pontificis audiret nugas, scutitia, mendacia, monstra, insanientium voces. Ipsum Photium criminantur, suis fe nebulonem ad omnem fraudem compositum, a quo nunc acta synodi ocausa Photiana corrupta atque interpolata; nunc epistolam Ioanni VIII. suppositas fuisse. Sed quis credat, Photium tot falsi crimina admittere eaque in publica luce: praesentibus pontifice romani legatis: superslite ipso Ioanne VIII. contra fidem tabularii romani et auctorum Constantinopolitanorum? quum in ipso oriente a Niceta, Styliano, Metrophane atque in numeris factionis Ignatianæ viris diligentissime observaretur. Sane haud indigebat fraudibus illis, quarum adequant enim pontifici. Quam inter commenta eius referunt, epistola Ioannis VIII. fidem codicim ac scriptorum prese fert; nec quidquam in se continet, quod illius auctoritatem reddat suspectam. Quando enim reputamus, Ioannem hunc omni studio id egisse, ut Photium atque alios grecos ad suas partes traheret haecque ratione felicius ad suam metam, præcipue propter Bulgaros, perueniret,

\* annalibus ad ann. cbrii. p. II. sq. adde  
DCCCLXXIX. num. 54. sqq.

FRANC. BERNARDVM MARI-

\*\* de ocausa synoda Photiana.

AM DE RUBEIS in monumentis

\*\*\* bishor. ecclef. secul. IX. cap. I.

eccl. sive Aquileiensis commentario il-

lustratis, p. 449.

artic. II. p. 20.

\* Damasceniar. dissertationum

DE PROCESSIONE SPIRITVS SANCTI. II

ret, facile fieri potuit, vt ad Photium scriberet ac fortasse simularer, se ab additamento symboli *filiique* abhorre.

Paulo ante mentionem fecimus epistolæ, a Photio ad archiepiscopum Aquileiensem scriptæ, quæcumq; iridem ad hanc controveriam pertineat, nunc ista uberioris est enarranda. Latine ex versione FEDERICI METII recenset istam CAESAR BARONIVS; \* græce autem primus FRANCISCUS COMBEFISIVS \*\* eam edidit atque annotationibus illustravit. Inscriptio eius generatim tantum indicat, datam illam esse ad archiepiscopum Aquileiæ; sed quis ite fuerit? quale eius nomen? id non certum atque exploratum est. Sunt, qui existimant, ex inscriptione ita colligi posse, non Aquileiemensem praesulem; sed Gradensem quemdam archiepiscopum intelligentem esse, id quod ut alii haud adprobant; ita in his FRANCISCUS BERNARDVS MARIA DE RUBEIS \*\*\* obseruat, inscriptionem huius epistolæ optimè Valperu Aquileiensi conuenire, quia fuerit Aquileia ac Venetiæ; \* seu Venetia continentis et mediterraneæ archiepiscopus. In ipsa epistola Photius cum ex scriptura sacra; tun ex antiquitate ecclesiastica probare insitum, spiritum sanctorum tantum a patre, non simul a filio, procedere ac vellemus in latinos, secus sentientes, inuehiunt. Antequam istam scriptit, archiepiscopus Aquileiensis literas ad Photium dederat ac quendam miserat legatum, vt ex principio eius luculenter patet; quod autem ipsi græcorum sententia de processione spiritus sancti fuerit addictus, huius rei nullum adparet indicium. CAESAR BARONIVS \*\* quidem id existimare, videtur, quum de eo dicit: *iste non solum ab ecclesia romana aversus; sed omnibus annalibus ad ann. christ. DCCCLXXXIII num. 5.*

\*\* in auctario nouissimo bibliothec. græcor. patrum tom. I. p. 527. Quum non reperiatur litteræ hæ in PHOTII epistolis a RICHARDO MONTAGVTO editis ac supra iam a nobis memoratis, FRANCISCVS COMBEFISIVS itas iuris publici fecit ac FEDERICI METII versionem latinam, in quibusdam locis emendatam, adiecit, vt ipse met in annotation. p. 545. refert.

\*\*\* in monumentis ecclesiae Aquileiensis commentario historico-theologico-critico illustratis, que Argentin. anno MDCCXL. fol. prodierunt, p. 448.

\* in latina versione apud BARONIVM dicitur archiepiscopus Aquileia, videlicet Venetiæ; in grecō autem textu apud COMBEFISIVM VOX Venetiæ omissa et folius Aquileia mentio facta est.

\*\* dicit. loc.

## 12 HIST. CONTROV. DE PROCESS. SPIRITVS S.

bus ecclesias occidentis, latinis inquam omnibus, contrariis schismaticis gracis inherens, audacissime impugnabat latinorum stabilitam per secula multa sententiam de processione spiritus sancti, aque addit: quod vero solus ista conatus inter latinos inueniretur, a Photio per legationem ac litteras imploras auxilium, nimirum ut ab ipso episcopula redderetur contra latinos. Sed non sine causa FRANCISCVS COMBEFISIVS \* monet: non satis videtur, haberi ex hac episcopula, Photiusque, Aquileiensis archiepiscopum in hoc ipsius errore fuisse de processione spiritus sancti a solo patre: nihil certe Photius etiennodi indicat; sed in eum trahere fudet ipsa hac episcopula; quamvis haec neget, archiepiscopum Aquileiensem fuisse schismaticum atque eo nomine a Photio, itidem schismatico, amatum. Immo ante nominatus FRANCISCVS BERNARDVS MARIA. DE RUBEIS\*\* protonomanenium studii, Photium multis variisque conciis confundandi, non dubitat, cum *deferrimus falsacorem virumque dolere et affutare plenum adpellare*, atque in hac quoque causa fraudis cuiusdam adcusare; ita ut alii persuadere conetur, quod ab eo sint confusa, quae in saepem memorata episcopula de archiepiscopo Aquileiensi eiusque legatione legantur.

Hac sunt præcipua capita certaminis de processione spiritus sancti ex historiæ Photiana. Exarratis his, peruenimus ad ea, quæ in primis scriptio hæc postulat. Illuxit per gratiam dei dies ille latus ac festus, quo in templis oracula diuina adiuntantur nosque ex illis percipimus, quod spiritus sanctus, procedens ex patre filioque, largiori sue maiestatis munere super legatos diuinos venerit eosque extra ordinem egregijs ornauerit domis: quod et nos ab eo summa et cœlestia beneficia debeatibus expetare, vbi per prauitatem mentis gratia diuina haud repugnamus. Ut igitur occasione hac, vobis consulendi, a deo ipso oblatarite viiani, CIVES! ut tempus hoc non praua voluntatis cupiditatibus; sed piis exercitationibus consecretis: ut de spiritus sanctissimi muneribus impetrantis ac conservandis sitis solliciti: utque etiam erga eos, qui apud nos ministri sunt iefu christi ac voluntatem diuinam interpretantur, liberalem animum significetis, vos magnopere hortamur. Qui spiritum sanctum admittit, recte sibi proficit: qui ei dedit animum suum, vt in isto habitat, ille summa fruictate felicitate. P. P. primo die pentecostes

anno reparatae gratiae diuinæ M. DCC. XL.

\* auſtar. nouissim. tom. I. p. 545.

\*\* dicto libro, p. 449.

(L. S.)

01 A 6538



56.





5

CONTROVERSIAE  
 MALLATI DE  
**PROCESSIONE**  
**SPIRITVS SANCTI**  
 AD  
**SACRA PENTECOSTES**  
 RITE CELEBRANDA  
 IN ACADEMIA IENENSI  
 INSTITVTA NARRATIO TERTIA.  
 LITTERIS IO. FRID. RITTERI